

Heinrich Rahn

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rahne/ I.U.D. ... Ad  
Exequias, Quas Coniugi suae longe desideratissimae Margaritae ... hodie paratas  
cupid Maritus moestissimus Jacobus Schlorff/ Civis & Cerevisiarius; Omnes  
omnium Ordinum Cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1657

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77036294X>

Druck    Freier  Zugang



Rahne, H.,

in

M. Mantzel,

uxor J. Schlorff.

Rostock, 1657.

2







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn77036294X/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77036294X/phys_0004)

DFG

1657

PROGRAMMA

105.

2<sup>vo</sup>

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

HENRICUS RAGENE/

J. V. D. & Prof.



Ad Exequias,

Qvas

Conjugi suæ longè desideratissimæ

MARGARITAE,

Fœminæ lectissimæ

hodie paratas cupit

Maritus mœstissimus

JACOBUS Schlorff/

Civis & Cerevisarius;

Omnes omnium Ordinum Ci-  
ves Academicos peramanter & se-  
dulò invitari.

• \$:) o (: \$ •

Rostochii, Typis Heredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.  
ANNO M. DC. LVII.

**S**t mare qvoddam, hæc vita. Fluctus in ea  
assidui, sæpe tempestas, malacia & tran-  
qvillitas rara, portus nisi mortis, nullus.  
Benè habet, si qvis ex fluctib⁹ citò in por-  
tum hunc subvehitur, qui omnibus no-  
stris laboribus miseriisq; qvas sumus perpessi, finem  
imponit. Is non magis queri debet, qvām qvi citò na-  
vigavit. Stultissimos igitur & ignavissimos pariter cen-  
sem⁹ eos, qui malint affligi assiduè, qvām semel de vita  
decedere. Qualis Maecenas ille, qui non debilitatem  
recusavit, non deformitatem, neq; novissimè acutam  
crucem, dum modò inter hæc mala spiritus prorogetur.

*Debilem facito manu,*

*Debilem pede, coxā:*

*Tuber adstrue gibberum,*

*Lubricos quate dentes:*

*Vita dum superest, benè est.*

*Hanc mihi vel acutā*

*Si sedeam cruce, sustine.*

Sedent autem in acuta cruce, qvi stipite acuto transfixi  
ab imo sunt, per os emergente. Itaq; optabat miser ulti-  
ma malorum, & quæ pati gravissimum est, extendi ac  
sustineri cupiebat, solā vitæ longioris mercede. Quid  
autem hujus vivere est aliud, qvām diu mori? Talis il-  
la etiam Iphigenia Tragica, cui desipere videtur, qvi  
velit mori, quæque multò potius existimat pessimè vi-  
vere, qvām bene mori. Ut non immeritò quispiam  
cum Poëta exclamat:

*Usque adeōne mori miserum est?*

Tantum verò hoc abest, ut potius felicissimis etiam  
optan-

optanda mōrs sit, quia finis hujus misēriæ, &c., quod sa-  
pienter olim Brachmanes ac Gymnosophiltæ statue-  
runt, æternæ vitæ natalis: nec mala nisi malis. Fallun-  
tur animi qui ex miseriis beatitudinē querere satagunt.  
Quid enim vita ip̄ his terris nostra aliud est, quam val-  
lis confusionis, carcer afflictionis, perpetua & ab exilio  
non differens peregrinatio, periculosa navigatio, mala  
mansio. Quid autem homo? verè imbecillitatis exem-  
plum, verè spolium temporis, verè ludus fortunæ, man-  
cipium laborum, miseriarum gymnasium, præda de-  
niq; mortis. Nonne à fletu statim, quod primum na-  
scientium est omen, vitam ordimur, & velut invitî lu-  
cem suscipimus? Nonne pueritiam inter flagra: robur  
ætatis inter dura operum exigimus, nunc spei, nunc  
metûs, nunc iræ, nunc amoris ludibria? Inter eatem  
temporis morti semper crescimus, & semper sumus obno-  
xi. Quamdiu enim contingit gestare carnem hanc  
molem, tamdiu & nobiscum mortem circumferimus; non ante, nisi illâ depositâ, deponendam. Bene tamen  
res habet: pervenimus hac viâ eò, ubi nulla amplius  
urget timendi causa; à periculis scilicet in securitatē  
à labore in quietem, à dolore in voluptatem, ab igno-  
minia in gloriam, à carcere in libertatem, ab exilio in  
patriam, ab alco in portum, ab orco in cœlum. Itaque  
bene etiam actum cum MARGARITA nostra est, quæ  
molestii omnibus laboribusq;, quibus exposita fuit  
pluribus, defuncta tandem nudius quiaius vitam cum  
morte consumavit. Quam felicitatem suam fœminæ  
optimæ merito atq; ex animi sententia gratulamur...

Si quis

Si quis enim unquam cum regio Propheta, quo ~~Georgi~~<sup>Georgi</sup> et  
seu Deo amicorem hominem. Sol in his terris nul-  
lum illuxit alium, MARGARETA certe MANCELIA,  
femina singularis exempli, etiam sirolim fuisset, exclama-  
re potuit: Defecit in dolore vita mea, Gaudi mei in gemitib-  
us. Qvod ex sequentibus constabit, quae de vita ipsius  
obituque exponenda sunt. Ita enim ratio ac mos obtinet.  
Nata igitur est in hac ad Varnum civitate, Anno ch<sup>lo</sup> loc  
XXXVI. d. VI. Aprilis: Patrem nacta JOACHIMUM  
MANCELIUM, civem heic loci & cerevisiarum, et diq;  
B. Virginis praefectum, eximia virtute ac prudentia vi-  
rum: Matrem ANNAM Wilskens/ ornatissimam fœ-  
minam. Avum paternum Iortita fuit virum reverendam  
dignationis JOACHIMUM MANCELIUM Ecclesie  
quondam ad ostium maris Balthici (quod vulgo War-  
nemundam appellant) Pastorem quondam fidelissi-  
mum. Aviam paternam MARGARITAM Reckentra-  
ges/ præclaram fœminam. Proavum paternum lauda-  
vit JOACHIMUM MANCELIUM, civem apud Ri-  
genses & negotiatores primarium; Proaviam pater-  
nam MARGARITAM Janschowen/ genere ac virtute  
nobilissimam matronam. Avus maternus ei fuit vir spe-  
ctatissimus atq; integerrimus DIETERICUS Wilsken/  
cerevisarius, qui apud nos civem egit, & præterea e-  
mendis vendendisq; mercibus honeste rem fecit: avia  
materna ANNA Schlorffs/ fœmina lexitissima, sexusq;  
sui verissimum decus atque ornamentum. Ab avum  
maternum habuit HEER MANNUM Schlorff/ Zy-  
thopœum & negotiatores apud nos laudatissimum:  
Aba-

Abaviam maternam GERTRUDIN Marchleis / orna-  
tissimam virtute moribusq; fœminam. His à parenti-  
bus unum, & qvod excurrit, annuni nata cum matrem  
amisisset, pater nihilominus eam, non equidem cutem  
falso medicamine polluere, nec genas purpurisso aut  
oculos cerussâ pingere, non docte fingere sermonem,  
non Amadisi pestilentem & natum ad inficiendum li-  
brum, sed gubernare domum docuit, providere fami-  
liæ, superioribus obseqvi, & omne flagitium pejus an-  
gue odisse. Inter has meditationes postea cùm adole-  
visset, ab eximia bonitate indolis nihil aliud prius atq;  
antiqui⁹ habuit ipsa, quàm ut pietatem virtutum prin-  
cipem, pudicitiam, modestiam coleret, & curam do-  
mùs haberet: contra à petulantia, levitate atq; lasciviis  
libera esset atque immunis. Quo factum ut Patrii in ad-  
ministranda rei familiaris cura magno cum commodo  
adesset: factum etiam, ut cum JACOBUS Schlorff/ci-  
vis apud nos & cerevisarius, vir præstantissimus, de  
constituenda familia cogitaret, hanc præcipue quam-  
vis juvenculam novemdecim añorum, sibi conjugem  
sociamq; adjungeret, solemnibus nuptiarum rite cele-  
bratis Anno clo lyc LV. È concordia animorum con-  
juncti invicem, eo sanctissimo amore inter se amarunt,  
ut quamvis uterque niteretur ad summum, neuter ta-  
men vinceret ac superaret. Quæ res ipsi⁹ & plurimū  
gaudii & iñocentissimæ voluptatis subinde præbēbat.  
Urit maritum unicè, quod ultra sesquianni spatiū  
tata felicitas non portigeretur, sed intra illud tam con-  
jugem quàm sobolem exeqvi & lugere necesse habeat.

Non

Non aliter enim accepit eum casum, quam si præcipuo  
vitæ solatio, dimidio animæ, & altera sui parte privatus  
esset. Et sanè uxore est, in cuius sinum læta, in cuius si-  
num tristia liceat deponere, illa, cui tutò fidere domū,  
pecuniam, liberos liceat. Ab initio usq; conjugii  
semper languit: ante quadrantem tamen anni gravior-  
re morbi vehementia correpta, & repetito veluti ful-  
mine prostrata decumbere planè cepit. Atq; ita debi-  
litata erat hactenus, ut cum partitudo demum accede-  
ret, ejus laboribus, quos princeps poëtarum defixo in  
visceribus telo non minus aptè quam verè comparat,,  
vix ac ne vix quidem par esse videretur. Præter omni-  
um spem tamen atq; expectationem, singulari Dei be-  
neficio, fœtum suum in lucem edidit, quahvis ægrè, &  
velut viatrix natà filiolâ tantum non triumphavit. Eò  
tamen redacta mox infelicitatis est, ut contra naturæ  
ordinem, novellam sobolem, postero die quam sacro-  
sancto fonte tincta fuisset, feria scilicet prima Pascha-  
tos, hora VII. matutina, defunctam coacta tuerit crea-  
tori suo reddere, & præmittere eò, quò ipsa post decur-  
sum hebdomadū IV. beatissimo obitu nunc secura est.  
Quanquam enim interdum res in melius videretur mu-  
tari: semper tamen ea mox rursus concidit. Quam ca-  
lamitatem suam atq; miseriam æquo animo constan-  
terq; tulit: atq; vix verbum ullum missivit quidem,  
quod Christiano homine, cuius propria virtus patien-  
tia est, indignum esset. Cum autem jam omne corpus  
ferme perisset tæbe seu phthisi, qui morbo cum invere-  
raverit, non facile evincitur, animus tamen rectè con-  
staret,

staret, maturè sibi cum Deo redeundum in gratiam, & providendum in casum ultimum existimavit. Ministrum igitur verbi advocandum curavit, à quo factâ exomologesi sacro viatico instrueretur. Quo in negotio se ita gessit, ut plura devotissimæ pietatis documenta ederet. Maturè etiam accersitus medicus, vir experientissimus, excellentissimus DN. HENRICUS WEND, Med. D. & præstantissima remedia adhibita fuerunt, quibus tamen parum profectum fuit. Neq; enim arte ulla aut studio proferre terminum licuit, cùm admodum vita semel ceptus esset. Itaq; a. d. XXIV. Aprilis, inter sanctas & dignas Christiana fœmina voces (subinde repetens: HErr JEsu du Seelen Bräutigam mein wo bleibstu doch so lange?) ad Redemptorem unicum susas, plena optimæ spei ac fideli in ipso flore ætatis, ut quæ annos XX. dies octo ac decem explevisset vivendo, sub II. pomeridianam ejus dicti defecit vitâque excessit. Quâ pietate coluerit Deum, quâ innocentia animi ac probitate exegerit vitam, quamq; à fastu superbiaq; abhorruerit semper: quâm lenitati contrâ modestiæq; studuerit, nemo nelcit, cui innotuere fæminæ mores. Atq; ea vivendi ratione satis superq; testata est, quæ nunc capiat præmia, cùm vita decessit. Itaq; nihil est dubitandum, quin, ut piè honesteq; vixerat: ita beatissimè de vita hujus calamitosissimæ statione, ad veram illam & longè beatissimam vitam translata, suaviter nunc cum Deo immortali & beatissimis mentibus ævum agat, & non enarrandis æstimandisq; gaudiis fruatur. Quod et si absq; magno mariti dolore ac luctu fieri

fieri non potuit (nam quid discidio istiusmodi tam  
sancte inter se amantium excoxitari acerbius unquam  
possit?) ferendum tamen id est, & cogitandum, hanc  
legem universæ naturæ dictam jam olim, ut quod ori-  
ginem habuit, & finem capiat.

*Quicquid habet ortus, obitus timet.*

Cum a funus hujus Puerperæ ad H. I. postea ducen-  
dum sit, vestrarum partium, CIVES ACADEMICI,  
fuerit, eas exequias freqventer deducere & comitari.  
Quod ut prolixè faciatis, etiam atq. etiam adhortamur.  
Inter eundum in mentem veniat illius: MORS TAM  
JUVENI ANTE OCULOS ESSE DEBET, QVAM  
SENI: NON ENIM CITAMUR EX CENSU, id est,  
è tabulis censualibus, in quibus juniores senioresque  
notati, & cujusq. adeò ævum. Talis autem citatio in  
Militia & delectu obtinebat: at non in morte.

P. P. sub Sigillo Rectoratus d. ult. April.  
AN. clo loc LVII.

Conventus fiet in Æde B. Virginis  
sacrâ hora I.







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn77036294X/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77036294X/phys_0014)

DFG




Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn77036294X/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77036294X/phys_0015)

DFG



staret, mature sibi cum Deo redi-  
providendum in casum ultimum  
strum igitur verbi advocandum  
exomologesi sancto viatico instruc-  
tio se ita gescit, ut plura devotissimi-  
ta ederet. Mature etiam accessitu  
ridentissimus, excellentissimus Di-  
Med. D. & præstantissima remedi-  
quibus tamen parum profectum f-  
ulla aut studio proferre terminu-  
veri vitæ semel ceptus esset. Itaq;  
inter sanctas & dignas Christianas  
inde repetens: HErr JEsu/duSei  
wo bleibstu doch so lange? ad Rede-  
fas, plena optimæ spei ac fidei in  
quæ annos XX. dies octo ac dece-  
do, sub II. pomeridianam ejus die  
cessit. Quà pietate coluerit Deum  
nimi ac probitate exegerit vitam, c  
biâq; abhorruerit semper: quàm  
destiâq; studuerit, nemo nelcit, cu  
mores. Atq; ea vivendi ratione sat  
quæ nunc capiat præmia, cùm vit  
hile est dubitandum, quin, ut piè ho  
beatissimè de vitæ hujus calamito  
veram illam & longè beatissimam  
viter nunc cum Deo immortali &  
bus ævum agat, & non enarrandis æ  
fruatur. Quod etsi absq; magno m-



gratiā, &  
it. Mini-  
quo factâ  
io in nego-  
documen-  
, vir expe-  
us WEND,  
fuerunt,  
enim arte  
ūm admo-  
V. Aprilis,  
ces (sub-  
garn mein/  
nicum fu-  
xatatis, ut  
set viven-  
itâque ex-  
ocentia a-  
stu super-  
ontrâ mo-  
re fæminæ  
estata est,  
Itaq; ni-  
ixerat: ita  
tione, ad  
slata, sua-  
is menti-  
q; gaudiis  
e ac luctu  
fieri

Page Engineering Scan Reference Chart, TEC63 Serial No. 052

Image Engineering Scan Reference Chart, TEC63 Serial No. 052